



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. vj. De cognitione quæ ei data fuit, qualiter omnes creaturas offenderat,  
offendendo earum cretorem: & ideo rogabat eas vt non eam accusarent  
ante Deum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

Septimum ca. vij. 2. viij. 2. ix. passus. 23

Sextum capitulum vj. passus. De co-  
gnitione quæ ei data fuit: qualiter  
omnes creaturas offenderat: offen-  
dendo earum creatorē: & ideo  
rogabat eas, vt non eam accusarent  
ante Deum.

**S**exto consequenter mihi sic  
continuanti data est mihi que-  
dam illuminatio gratiæ: qua pro-  
funde mihi conferebatur cogni-  
tio omnium peccatorum meo-  
rum: & videbam, eo quod offen-  
derem creatorē meum, offen-  
disse omnes creaturas pro me fa-  
etas: & profunde reducebantur  
in meam memoriam omnia pec-  
cata: & in confessionem quam  
faciebam: Deo meo profundis-  
simè ipsa ponderabam. Et inuo-  
cabam omnes sanctos, & beatam  
Virginem, vt intercederent pro  
me: & rogarent misericordem do-  
minum: qui tanta mihi bona con-  
tulerat: vt miseretur mei: & quia  
cognoscebam me esse mortuam  
in peccatis: me faceret viuam,

24 Quartum ca. iij. 2. v. 2. vj. passus  
persuam gratiam viuificando. Et  
rogabam omnes creaturas, quas  
omnes me videbam offendisse:  
quia creatorē corum offendē-  
ram, vt non accusarēt me coram  
Deo. Et videbatur mihi, quod  
omnes creaturæ habebant de me  
pietatem, & omnes sancti simi-  
liter, & tunc dabatur mihi cum  
magno igne amoris orare Deū  
plus quam solebam.

Septimum capitulum. vj. passus. Qua-  
liter ei fuit data gratia, ut posset  
intueri & suspicere in crucem Chri-  
sti, & in ea considerare dominum  
noscendum pro nobis mortuum.

**S**EPTIMO dabatur mihi specia-  
lis gratia respiciendi in cru-  
cem: in qua oculis cordis & cor-  
poris considerabam Christum  
mortuum pro nobis. Sed haec vi-  
sio & consideratio erat adhuc in-  
sipida: quamuis haberem ibi ma-  
gnum dolorem.